bus et pertinentiis in eisdem bonis factis et faciendis Iura etiam a qui
busvis litationibus in eadem Bona importatis et exportandis breuis
terijs et perlucris processibus Iuris quibusuis in quovis praetoire
gradu Iuris dependen et in quovis Iudicio et officio Regni obten et obtinend
in eisdem bonis praesentibus obligatis pendentis et pendentibus eventuriet
elibuare munda et libera semper facere et etiam intro nemi praefatum coram
officio praesenti admissum dum per Ministeriales nobiles officio requirendo in fundo
bonorum praefatorum obligatorum, nec denegare eam debebit ac tenebitur
eandem libere et effectualiter ome et admissos datas et admissa eadem
possessioni et transfusione praenominatum quavis modo eam per se quam
per suas quasvis submissas et subordinatas personas nec prepedi re
nec adimere ipsos Iam dictos obligatarios suos et eorum Successores in
eisdem bonis praesentibus obligatis tam in toto quam in parte nec
intimari eta et eadem Bona praesentibus per se Magnificum obligata ipsi
Generoso Chlopicki Coniuges obligatarijque sui eorumque Successores quiete et pacifice
vigore Iuris praesentis tenere habere et possidere quiet praesumpti
one perpetui ut praemissum est etiam ex longissimi temporis non obtenti
onis Sub vadio simili summae Quinque Millium florenorum pecuniae polo
nicalis per eundem Magnificum Generosum Nicolaum de Seneya Ossolinski Capi
taneum Radosicensem sive eius Successores supra praedicto Generoso Hieroni
mo et Catherinae Chlopicki Coniugibus Ciuiis obligatarijque suis eorumque
posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum
tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum suc
cumbendo. Nihilominus memoratus Magnificus Generosus Nicolaus de Seneya
Ossolinski Capitaneus Radosicensis se ac suos Successores in et super bonis suis
generaliter omnibus summisque pecuniarum quibusvis habitis et habendis eis
dem Generosis Chlopicki Coniugibus eorumque Posteris inscribit et obli
gat praesentibus Generosam Annam de Bialobocki Consortem suam le
gitimam cum assistentia sui recognoscentis tutorumque Amicorum ex linea
linea paterna proximiorum ad consentiendum per eam super Inscriptione
praesentem obligatoriam vel similem suo pro interesse faciendam ad
Acta quaevis Authentica Regni venire perpetuitatis iure habentia in
tra decursum unius Anni adducere et personaliter statuere ab eaque vel
in euentu mortis ipsius Successoribus ut praemissa exequatur efficere
sub simili et speciali vadio Quinque Millium florenorum pecuniae po
lonicalis per eundem Magnificum Generosum Capitaneum Radosicensem
sive ipsius Successores eisdem Generosis Chlopicki Coniugibus eorumque
posteris ob non statutionem supradicto Generosae Consortis suae pro

tempore et loco supra expressis ad soluendum succumbendo. Pro quibus
quidem vadio vel vadijs modo praemisso ad soluendum succubitis ac
re aliqua principali ex praemissis non completa et expleta praemissis
locatis eius memoratus Magnificus Generosus Ossolinski sive ipsius Successores ad
instantiam supra expressorum Generosorum Chlopicki Coniugum eorumque
posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex
tunc recessu supra expresso quo ad eos possit eadem spectat mediante semper in pri
mo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere vadia
praenarrata lucre Inscriptioni satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit ac tenebitur
seque ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum pe
remptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos semper
peremptorios vera infirmitate proaduersi Minorennitate Iuris nec legatione
intra vel extra Regnum Seruitio militari ad Exercitum aut Castrorum vel
alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Rapi
tulationem ultra proximos Terminos officij praefati Castrensis Premisliensis
Dilationem sibi non recipiendo nullasque etiam Appellationis ac eorum pro
sequutionem faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis
Lucrationibus superioritatibus Intralitis Iuris praescriptione Iure belli tamen
torijs cum alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec licet
dendo Stat sua praesens personali Magnifici ad praemissa omnia mediante.

Idem Eisdem Chlopickim Coniu gibus Tenetur:

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Generosus Nicolaus de Seneya Ossolinski Capita
neus Radosicensis sanus mente et corpore existens a Iure Districtibus
Iuribus Iuris de iribusque suis quibusvis proprijs et competentibus ac
cedendo praesenti vero Iuris Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi
quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis penitus omnibus
totaliter et plenarie iniungendo atque subijciendo palam publice libe
re ac per expressum recognouit. Quia ipse Generoso Hieronimo Chlopicki
et Catherinae Stanislawiowna Coniugibus Ciuiis eorumque Suis Summam Quin
que Millium florenorum pecuniae polonicalis numero et numeri in Regno
currentis florenum quemlibet grossis triginta polonicalibus computando
connumerando certi veri iusti et liquidi Debiti mutuatique pecuniae eiusdem
atque tibet. Quam quidem summam supra expressam Quinque Millium
florenorum pecuniae polonicalis praenominatus Magnificus Generosus Ossolinski se
ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque

pecuniarijs quibusuis habitis et habendis supraspectis Generosis Creditoribus suis eorumq posteris inscribit et obligat praesentibus. Sine pro die et festo Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime in Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo nono venturo dare soluere et coram Officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere repositamq et relictam rursus ab eodem Officio non efficere iubere nec auertere vel alio quouis modo impugnare. Idq sub vadio simili Summae aliorum viginti quinq Millium Florenorum pecuniae polonicalis per eundem Magnificum Generosum Nicolaum de Tenczyn Ossolinski Capitaneum Radoriensem siue ipsius Successores supraspectis Generosis Chtopicki Coniugibus eorumq posteris in non solutione Summae praefatae principalis et essentialis Debiti pro tempore et loco supra expressis ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum succumbendo ac pro summa ipsa principali non soluta soluendo citatus eundem memoratus Magnificus Generosus Nicolaus de Tenczyn Ossolinski Capitaneus Radoriensis siue ipsius Successores Ad Instantiam supraspectorum Generosorum Chtopicki Coniugum legitimorum Creditorum suorum aut eorum posterorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Comparere Respondere Vadium praestitum luere Summae principali satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit ac tenebitur seq ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro tunc in minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum Seruitio Militari ad munimenta obligationem vel alijs quibusuis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem vltra proximos Terminos Officij praefati Castrensis Praemisliensis Dilationem sibi non recipiendo nullasq protestationes Appellationes neq earum prosecutiones faciendo ac praemissa via processus simplicibus vel triplicatis Citationibus Suspensionibus aut alijs Iuris praescriptione Generali Bello Conuocationeq Terrarum alijsq omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo. Actu sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Ossolinski et Chtopiccy Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi Nicolaus de Tenczyn Ossolinski Capitaneus Radoriensis ab vna Et Hieronimus Chtopicki atque

Catherina

Catherina Stransieniowna (?) Coniuges legitimi potissimum Coniuncta eius mariti sui vti tutoris coniugalis personali assistentia et adhaerentia ad infrascripta recognoscenda consensu sani mentibus et corporibus existentes a Iuris Districtibus Iudicibus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis paternis omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam publice libere et per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit Quia ipsi se ac suos Successores ac super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarijs quibusuis habitis et habendis mutuo et vicissim vna pars alteri ac pars vtriusq partis inscribunt et obligant praesentibus. Intercisam certam inter se Agentes ratione certarum rerum conscriptam in eadem Intercisa contentam de Actu et data ipsius sub Praemisliae feria sexta post festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxime post confectam manibus eorundem subscriptam ab vtrinq subscriptam in omnibus et singulis Intercisae praefatae Conditionibus punctis clausulis articulis vadio annexatis eiusq paragrapho ac rebus generaliter vniuersis firmiter tenere complere exequi ac inuiolabiliter obseruare eidemq Intercisae et omnibus illius contentis tam in toto quam in quauis minima parte satisfacere. Intercisam praedictam ad Exemplum vero praesentem et dispositionem praesentem ad praesentem Intercisam Vbiusuis (?) in toto referendo. Idq sub vadio Decem Millium Florenorum pecuniae polonicalis per partem parti cum Successoribus vtriusq partis ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum succumbendo ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complendisq praemissis citata eius pars vna praemissa non tenens aut eius Successores Ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis aut eius posterorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Comparere respondere vadium praestitum luere Summae satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit ac tenebitur seq ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro tunc minorennitate Successorum legatione extra vel intra Regnum Seruitio Militari ad munimenta obligationem vel alijs quibusuis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem vltra proximos Terminos Officij praefati Castrensis Praemisliensis Dilationem sibi non recipiendo nullasq protestationes Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa